

**Landesbibliothek Oldenburg**


**Digitalisierung von Drucken**

**[Schlacht bei Jemgum]**

**Hogenberg, Franz**

**[Köln], [1587?]**

[urn:nbn:de:gbv:45:1-323081](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-323081)



TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

1568.		LOCA
TEMPORA	<p><i>AVRIACVS</i> interim Germanorum Principum quorundam animos, vel nota religio- nis studiosos, vel sibi ob viciniam nonnihil immones, vel <i>Austriacos</i> quoque domus felici- tatem non ita equis oculis aspicientes, eo perduxit, ut fadere percussio, omne auxilium genus liberalesimè promitterent. Deploras enim <i>Austriacus</i> patrie sua calamitatem, corque- ratur. Quod contra condiciones pacis, &amp; privilegia <i>Belgarum</i>, omnes munitiones sint plena <i>Hispanis</i>, crudelissimis hostibus omnium nationum, deplorat nobilissime provincia miserias, quod contra patrones antiquas, aves pluribus in locis erigantur. Quereitur, quod <i>Belgicis</i> quibusdam (quos vocat) <i>Hispanis</i> deuitantes in multo maiores, grauioreque calamitate incidissent, quia nouam religionem, &amp; patriam libertatem vellent defendere. <i>N</i>o agi tantum de salute, &amp; libertate <i>Belgarum</i> in presenti, sed de libertate &amp; religione denique totius <i>Ger- maniae</i>, se, ceterosque, nulla alia de causa eicctos esse à suis laribus, nisi quòd se protectores, &amp; defensores nouae religionis praesentent, &amp; sanguinariam inquisitionem, recipere dem no- censerent. <i>N</i>on esse expectandum, ut cogentur de patria pugnare, de vxoribus, de princi- palis de religione cum <i>Hispanis</i> hominibus subingatis, &amp; oppressis finitimus <i>Belgicis</i>, ac rudi- datis Principibus cuiusdam <i>Belgarum</i>, ac defensoribus: sed in recenti adhuc difficultate im- plicatum <i>Hispanum</i> communem hostem inuadendum, &amp; opprimendum, antequam radicibus alius adis, cum tanta ac cessione finitimarum virium <i>Germaniam</i> quoque ipsam hostiliter inuadat. <i>N</i>on existimandum vique esse illud bellum esse propriam cuiusquam nationis, cuius causas ad amplissimas provincias profertur possit, quippe quòd simulacione heresceat, bellum hoc tempore &amp; captiuitas aduersus <i>Belgas</i> suscipiatur, a re ipsa demeratur cupiditas absolute imperandi antiquis Principibus, per summam iniuriam è provincia eicctis, aut celsis, quae ambae causae certe communes sunt defensionis ipsi quoque <i>Germania</i>, post speratos <i>Belgas</i> iure nihil esse formidaturam, cum auaritia, &amp; libidine dominandi certi fines potuerint constitui, extra quos cupiditas non cupiat peragari, se pro viciniam amicique inre- orare pro communitate legum &amp; religionis, pro studio equitatis, quod tenentur boni <i>Prin- cipes</i>, viris bonis &amp; innocentiibus, &amp; primoribus impuris, per iniuriam è principatu eicctis pra- stare pro gloria germanici nominis, quae semper sui maxima miseris &amp; inique suppressis sub- leuandis, ne <i>Belgas</i> in tot calamitates, Deiectos, tot principes suis omnibus bonis auari &amp; cru- deliter spoliatos iam miserabilis fortuna constitutos negligenter: <i>C</i>um praesertim <i>Belgica</i> ca- lamitas totius <i>Germaniae</i> ruinam breui secum sit attulitura. <i>R</i>euocari idem <i>Astriacum</i> prin- ceptis in memoriam <i>Caroli Quinti</i> (quod vocat) indomitum ingenium, qui vniuersam sibi <i>Ger- maniam</i> subiugauit, neque tamen tanta Imperij amplitudine contentus, multa etiam ad- uerfus Gallorum Regem bella gessit. <i>A</i>tque hoc quidem <i>Astriacus</i>, nunc ad Ludouicum fratrem redeamus.</p> <p><i>C</i>OMITVM Ludouici Nassonij &amp; Hochstratiu res, e se hie victori: tamen si Hochstra- tianus biduo ante discesserat, et Ludouicus nauicula Embdam confugerit. Multa pecunia, multa suppellex, argentum ea capta, cum equis parum equestribus, parum curvilibus quingentis supra mille, praedaque multa.</p> <p><i>C</i>VM ita Ludouicus Nassonius, amissis copijs suis, vix regionum manus effugisset, rursus collegit quas potuit vires, &amp; ad Fratrem suum Principem <i>Astriacum</i> sese adunxit.</p> <p><i>H</i>ABEBANT illi duo Fratres iam magnam exercitum, eorum quos dixi, ope aduti, putabantque se <i>Albano</i> profugato, <i>Belgio</i> poturos. Sed <i>Albanus</i> Dux non ignarus quid molirentur, &amp; quas haberent copias, lastrato apud Traiectum exercitu suo, ad eos profectus est daturus, operam, ne per <i>Mosam</i> fluium, in ditiones Regis ingererentur. Simul autem publicato edicto, magnis propostis penis, statuit, ut quisquis profugeret, proscriptum, in cu- stodijs abductorum, &amp; supplicij affectorum, qualiter bona mobilia, ac immobilia oblineret, ea certis hominibus traderet.</p>	16 b Embda.
3 Pagina. 83.		11 f Traiectu inferiori.
		10 k Antuer- pia.
	ALBANO DVCE LEONEM	15 f Geminga.

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1568.		TEMPORA
LOCA	<p><i>GRONINGAM</i> cum peruenisset <i>Albanus</i>, hostes aufugit, quos <i>Regis</i> sine insecuti- que ad locum <i>Frisia</i> appellatum <i>SECLOCH</i>, caeciderunt aliquot, sed cum illi portem fre- gissent, non sunt caesi ultra mille. <i>C</i>orum discissus <i>Albano</i> Ducis perquam molestus fuit, quippe, qui speraret fore, ut ad manus veniretur, nec pugnam illi detraherent.</p> <p><i>INSEQUITVR</i> illos &amp; <i>Dux</i> cum toto exercitu suo, ad duo miliaria abeuntes, reli- ctis <i>Groninga</i> mille sexcentis equitibus <i>DUCIS BRVNSVICENSIS</i>, ut esset firmus praesi- dium, postea, <i>Ueberius</i> hostem persequi. <i>E</i>a enim <i>Regio</i>, ob multas paludes &amp; fossas, parum oportuna est equestribus copijs, inde didicisti autem esse hostium numerum, accessione mul- torum pedum &amp; equitum, &amp; in <i>LDVOVICI</i> Nassonij castris, iam militare duodecim mil- lia pedum, equites amplius quingentos, cum quibus copijs, ille loco iustissimo, &amp; prope in- pugnabili castra metatus, sustinere voluit aduentum fratris sui, Principis <i>AVRIACI</i>, ut conuenisset viribus <i>ALBANVM</i> facilis profugarent.</p> <p><i>ALBANVS</i> autem mox castris à <i>Schlochteri</i> discedens, <i>V</i>Uedda quondam ar- cem occupat, <i>Arembergio</i> comiti desuncto attinentem, atque locum, de quo cerò illi consti- teret, ex hostibus neminem fugere posse, quin in ipsius manus incidere. <i>D</i>ie linea sequente mane, <i>Albanus</i> cum exercitu ad hostem iter intendit, qui ad duo miliaria inde aberat. <i>E</i>x- plorata locorum opportunitate, primam militum centum equites <i>Sclopetarios</i>, qui ad laeva cer- tamina hostium provocarent, eos subsequi iubet quingentos pedites <i>Sclopetarios</i>, &amp; trecentos dupliciatis milites, cum primis infregens, subiungit mille alios <i>Sclopetarios</i>, atque aliquot <i>Cataphractos</i>, post hoc succedunt <i>Hispani</i>, atque inde ex <i>Germanorum</i> pedum signa, mox quindecim signa <i>Burgundionum</i>: <i>I</i>nde rursus equites recenti leuis armatura: ad extremum etiam equites recenti.</p> <p><i>H</i>OC ordine <i>Regius</i> exercitus, <i>Albano</i> disponente, contra hostes profectus est. <i>D</i>ux <i>Al- banus</i>, non diu sibi consistendum existimavit, quòd hostium machinatione fossarum aequae in- crederent, quibus sperabam, se illius exercitum submerjuros: &amp; à celo pluuia impenderet, quae in aequum esset <i>Sclopetarijs</i> impedimentum allatura. <i>M</i>andauerat igitur filio <i>Ferdinan- do Tolerao</i>, ut cum ea, qua diximus instructa acie moueret hostes, ad certum quendam locum, ubi ipsum securum expectaret.</p> <p><i>C</i>OMISSVM est praelium, duabus horis ante meridiem, &amp; <i>Albani</i> Ducis filius dua- bus à meridie horis eo peruenit. <i>V</i>tautem viderent <i>Sclopetarij</i> instructam aciem à tergo se- qui, vique adeo animis confirmati sunt, ut impetu facto in hostium tormenta, ea vi occuparint, maxime in hostium aciem facta impressione, eos in fugam conuertunt.</p> <p><i>C</i>ONTINVATA est pugna, vique ad vesperam alerius dicit, ita, ut sine intermissione hostes caerentur à <i>Regis</i>, solanque omne castrorum cadaueribus, lanceis, <i>Sclopetis</i>, alijsque armis adeo oppletum ceruereur, ut, vix liceret vltra circumque ingredi, Quibus ea offerrebarur occasio, ut qui possent in aquas se demergere, illi falices sibi videbantur: tantus eos terror in- uaserat.</p> <p><i>I</i>NCIDIT hoc praelium in 21 Iulij, perieruntque hostium septem millia, regionum non nisi octo desiderari, &amp; totidem vulnerari sunt. <i>C</i>apti, ex hoste signa militaria viginis, sedecim magna tormenta. <i>Q</i>uatuor signa ipsi hostes in aquas abiecerunt. <i>I</i>n castrum numero non pauci suere, qui ex <i>Belgio</i> profugerant, suam patriam deserentes.</p>	1568. TEMPORA
15 b Secloch		1 14 Iulij.
		2 16 Iulij.
		3 19 Iulij.
		4 21 Iulij.
14 b Groninga		5 22 Iulij.
	PHILIPPI REGIS NOMINE GVBERNANTE	XXXIX.

ALBERT 175 Kartno 295